


104552



T H E S E S

EX

UNIVERSA THEOLOGIA,

QUAS

IN CAESAREO - REGIA

ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

SCIENTIARUM

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PRO OBTINENDO

DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA

GRADU ACADEMICO

PUBLICE DEFENDENDAS SUSCEPIT

JOANNES GOGALA,

DIOECESIS LABACENSIS PRESBYTER, AC CAESAREO-REGII SUBLIMIORIS PRESBYTERORUM EDUCATIONIS INSTITUTI AD S. AUGUSTINUM MEMBRUM.

James

DIE XXI. FEBRUARII MDCCCLVI.

1856

VINDOBONAE.

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITIARISTICAE.

104552

УНИВЕРСИТЕТ

23

UNIVERSITATIS THEOLOGIAE

104552

БІБЛІОТЕКА УНІВЕРСИТЕТУ

АНДІЮШІЧА ВІДЕРІНІЯ

104552

UNIVERSITATEA BUCURESTII

104552

БІБЛІОТЕКА УНІВЕРСИТЕТУ

104552

БІБЛІОТЕКА УНІВЕРСИТЕТУ

БІБЛІОТЕКА УНІВЕРСИТЕТУ



104552
N 578/1951

CELSISSIMO
EXCELLENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO

ANTONIO ALOYSIO

W O L F,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA EPISCOPO LABACEN-
SI, IMPERII AUSTRIACI PRINCIPI, INSIGNUM IMPERIALIUM
AUSTRIACORUM ORDINUM: LEOPOLDI MAGNAE CRUCIS
EQUITI, FERREAE CORONAE 1. CLASSIS EQUITI, FRANCISCI
JOSEPHI COMMENDATORI, SACRAE CAES. REG. ET APOST.
MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO ACTUALI

ETC. ETC. ETC.

ANTISTITI VIGILANTISSIMO,
MAECENATI MUNIFICENTISSIMO,
PATRI AC BENEFATORI OPTIMO,

PERENNE

ANIMI GRATISSIMI,

NEC NON

PROFUNDISSIMAE VENERATIONIS

M O N U M E N T U M
FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

Ex Historia Ecclesiastica.

1.

Mundi Redemtor advenit tempore introducendae religioni suae opportunissimo.

2.

Religionis Christianae celerrima propagatio firmissimum supeditat argumentum pro divinitate hujus religionis.

3.

Islamī propagatio tam celeris ex causis naturalibus sufficienter explicatur.

4.

Pro convertendis ad religionem Christianam Carantanis magna habet merita ecclesia Salisburgensis.

5.

Gregorius VII. non ex dominandi studio, sed justo libertatis ecclesiasticae amore tanta et talia suscepit.

6.

Incrementa rei catholicae in Austria magna ex parte meritis inclytæ dynastiae adscribenda sunt.

Ex Jure Canonico.

1.

Sicut Ecclesiae potestas in temporalia regum abjudicatur, ita et civitati jus in sacra non competit. *omissione iudiciorum*

2.

Fontibus juris canonici novissimi merito adnumerantur Concordata regnorum cum Sede Apostolica inita. *urges iustitiae*

3.

Haec Concordata primis Ecclesiae saeculis ob legum civilium indolem erant superflua. *intervallorum*

4.

Appellationes de abusu ad potestatem civilem Ecclesia semper damnavit. *alienigenae dilaetatio eiusdem actionis sedis*

5.

Episcopi presbyteris sunt superiores jure divino. *IV. annos post*

6.

Etiam illa matrimonia, quae catholici cum acatholicis licite et valide ineunt, quoad vinculum solvi nequeunt. *annos post*

Ex Archaeologia Biblica.

1.

**Universa V. F. oeconomia id potissimum intendebat, ut veri Dei
cultus conservaretur.**

2.

**Haec oeconomia ut propaedeutica non omnibus numeris est ab-
soluta, omnino tamen Deo digna.**

3.

Mosen docuisse Deum mere nationalem false asseritur.

4.

**Narrationem Mosaicam de successiva mundi creatione recentissi-
mae Geologorum observationes confirmant.**

5.

**Deum sacrificia A. F. praecepisse, et non tantum permisisse de-
fendimus.**

6.

Daemoniaci non erant naturaliter aegroti.

Ex Hermeneutica Biblica.

1.

Sola ratio in libris sacris exponendis suprema interpretandi regula statui nequit.

2.

Interpres catholicus etiam regulas hermeneutices pure rationalis non spernit.

3.

Ad cognoscendum usum loquendi biblicum dialecti Linguarum orientalium non raro insigne praestant subsidium.

4.

Scripta ss. Patrum merito fontibus adnumerantur, ex quibus aetatis biblicae cogitandi et sentiendi rationem discimus.

5.

Bibliorum interpres et a praejudiciis liber et genuino sensu religioso-christiano imbutus sit oportet.

6.

Collatio locorum parallelorum interpreti multiplicem praebet utilitatem.

Ex Introductione in LL. SS. V. F.

1.

Ecclesiam, declarando versionem Vulgatam authenticam, usum
textus originalis prohibuisse negamus per negamusque.

2.

Omnes libri V. F. deuterocanonici non minus ac protocanonici
sunt divinae originis.

3.

Libri sacri V. F. neque solis hominibus, neque soli Spiritui sanc-
to, sed hominibus et Spiritui sancto simul cooperantibus
originem suam debent.

4.

Caput IV. Isaiae Messianum esse defendimus.

5.

Isaiae c. VII. 14 de beata Maria Virgine et Christo interpre-
tamur.

6.

Liber Ruth vix recte intelligitur, si genius temporis illius igno-
ratur.

Ex Introductione in LL. SS. N. F.

1.

Authographorum praematurus interitus facile explicatur.

2.

Sacri scriptores idonei erant rite cognoscendis rebus gestis, quas referunt.

3.

Scopus Evangelistarum non fuit, omnia quae Christus dixit et fecit, enarrare.

4.

Versio Slavica a SS. Cyrillo et Methodio adornata est.

5.

Evangelium S. Matthaei lingua Aramaica exaratum fuisse verosimilius est.

6.

Divortii patroni frustra ad Matth. XIX. 9. provocant.

Ex Theologia Dogmatica.

1.

Indigentiae naturae humanae postulant revelationem.

2.

Apostolicitas inter notas Ecclesiae verae primum sibi vindicat locum.

3.

„Non est consequens, ut si Deo certus est omnium ordo causarum, ideo nihil sit in voluntatis nostrae arbitrio.“ S. Aug.
de civ. D. l. 5. c. 9. n. 3.

4.

Generatianismus a quibusdam recentioribus frustraneo conatu contra creatianismum propugnatur.

5.

Homo lapsus redimi non potuit, nisi per Deum-hominem.

6.

Liberum arbitrium per gratiae interioris necessitatem minime tollitur.

7.

Ministrum Sacramenti matrimonii contrahentes esse defendimus.

Ex Theologia Morali.

1.

Ethica Christiana eam, quae e sola ratione promanat, multis superat titulis.

2.

Legem moralem existere contra Scepticos morales defendimus.

3.

Scientifica Ethicae Christianae cognitio sacerdotibus est necessaria, laicis vero utilis.

4.

Leges potestatis legitimae, quae non sunt aperte contra conscientiam, in conscientia obligant.

5.

Virtus catholica ab illa Rationalistarum et Protestantium essentialiter differt.

6.

Ascesi in Ethica Christiana merito singulare momentum tribuitur.

Aus der Pastoral-Theologie.

1.

Das priesterliche Bewußtsein fördert die Frömmigkeit und begeistert zur genauen Pflichterfüllung.

2.

Der Seelsorger verbinde mit reiner Absicht ein kluges Benehmen.

3.

Zweckmäßig eingerichtete liturgische Predigten sind sehr belehrend und anziehend.

4.

Die Wichtigkeit des äußern Vortrages lässt sich nicht in Abrede stellen.

5.

Religiöse Vereine verdienen die besondere Aufmerksamkeit des Seelsorgers.

6.

Priester-Exercizien und Conferenzen erzielen die zwei nothwendigsten Eigenschaften des Priesters: Wissenschaft und Frömmigkeit.



deren dagegen der dritte ist ein sehr
einfaches und einfaches

Die ersten drei sind diejenigen, die
die ersten drei sind.

Die ersten drei sind diejenigen, die
die ersten drei sind.

Die ersten drei sind diejenigen, die
die ersten drei sind.

Die ersten drei sind diejenigen, die
die ersten drei sind.

Die ersten drei sind diejenigen, die
die ersten drei sind.



00000320995



C08155 8

MARODNA IN UNIVERZITETNA
KNJIZNICA

22/k8: 282 (003)